

ΕΝ ΤΩ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΥΨΙΣΤΟΥ ΟΝΟΜΑΤΙ
DISSERTATIO PHILOSOPHICA

De

14.

HYPOTHESESIBUS ASTRONOMICIS,

Quam,

CUM AMPLISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHICÆ IN ALMA AD
AURAM ACADEMIA APPROBATIONE AC SUFFRAGIO,
SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi atq; Celeberrimi

M. JOHANNIS FLACHSENII
MATH. PROFESS. ORDINARII,

Placidæ Benevolorum censuræ,
PRO MAGISTERII GRADU,

In Auditorio Maximo d. 3. Maij A. 1679. modestè detulit

JONAS GREGORIUS STEEN
Nericiana-Svecus.

*His colsi superans
alis Plato cul-
mina Mundi*



*Multa dedit ni-
tidâ dogmata
mente bona...*

ABOÆ, Exculsa à JOHANNE Winter.
ANNO 1679.

PRÆFATIO.

 *N* magno honoris fastigio liberalia esse studia, præter innumera doctissimorum de iis testimonia ac Elogia etiam ex hoc Greco Proverbio: Διπλὴν ὁγῶν
οὐ οἱ παθόντες γέραματα, patet. Iis enim nova in
homine accenditur facula, quā prælucente, verum à falso,
bonum à malo, honestum à turpi, longè certius, quam alias
rude & inconditum vulgus sua ferre judicia solet, discerni
ac explicari potest. Et ut mundi delicia gentiliumq; Ora-
torum princeps Cicero in orat. pro Archia Poëta exclamat: Cicero pro
Arch. Poët.
Cateræ res, neque temporum sunt, neque atatum o-
mnium, neque locorum. Studia Adolescentiam alunt,
senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis per-
fugium ac solatium præbent. Plato quoque aliquando in-
serrogatus, quid inter doctum & indoctum interesset, re- Plat. Flor.
spansum dedit: quantum inter Medicum & Ægrotum. Tit. Doct.
Sanè si rem penitus introspererimus, doctum indocto haud Langū.
secus ac irrationali ratione præditum, pulchrum deformi
ac lucem tenebris anteferri ac prevalere deprehendimus;
unde etiam indoctos cæcitatibus mancipia esse proverbio ferunt
Greci: Ο γέραμάτων ἀπίστη βλέπει βλεπών. Sed dolen-
dum est non eosdem omnibus, quamvis indole & ingenio
pollentibus, ad sacra Musarum palatia patere aditus: alii
inconsiderata studiorum aversio obstat & tedium, alii one-
rosa illa studiorum pestis & adversatrix paupertas: Haud Juvenal.
facile emergunt, qvorum virtutibus oblitæ res angusta
domi. Hic cum laudum artium liberalium contemplatione
detinear, simulque in id, quod genus studiorum alij sit præ-
ferendum, incidam, sine jactantie adulatio[n]isq; fuso studi-

um Mathematicum, si non aliis superioris, inferius tamen
nequaquam esse dicere haud vereor, & presentim illud, quo
pulcherrima mundi miracula cœli corpora nostros subeunt
sensus, & jucundissimam utilissimam contemplationem
præbent. Huic quoq; in laudem melos suavissimum ceci-
Psal. 49. nit olim Regius Propheta: Cœli enarrant gloriam Dei
& opera manuum ejus annuntiat firmamentum: quod
divinum effatum summa studii astronomici & comprobatio
& commendatio est. Hujus loci etiam est illud Ovidii:

Ovid. Fast.

Felices animi, qvibus hæc cognoscere prima,
Inque domiosuperas scandere, cura fuit.
Credibile est illos pariter virtusque jocisque
Altius humanis exeruisse caput.

Hoc tamen studiorum genus, sicuti circa subtilissimam, aq;
sensibus nostris remotissimam mundi machinam, hoc est,
superiorum corporum molem, ut ejusdem motus har-
moniamq; variis Quovo dōris ac apparentiis intricatam in-
quirat, versatur; ita directè perfici non potest, nisi preter
duas Platonis alas, Geometriam & Arithmeticam, va-
riis quoq; aliis mentis vñquasi, que ὑπόθεσις ab artificibus
dicuntur, indiget, quibus rectè collocatis usurpatisq;, tan-
tum tandem efficit, ut que alias demonstratu impossibi-
lia viderentur, sine omni sensibili errore demonstrari ac
percipi queant. Eas, scilicet ὑπόθεσις astronomicas, brevi
quidem discursu impræsentiarum attingere destinaveram,
sed opus aggresso simul & materia sublimitas minimum
haud cunctis mundi seculis negotium suppeditans, & mea
in hoc studiorum genere infantia, quam non aliqua natura
ignavia, sed immitis mediorum, quibus honestiora studia
comparari solent, ægestas peperit, invicem obstrepuerunt, ut
parum abesse, quin ab incepto deterrerer. At plus benevo-
lorum Censorum moribus honestam ac æquam censuram,
quam sinistram competere & honestos promovere conatus
laudi

laudi duci, ratus, hoc qualemunque specimen academicum, inter varios distractos curarum gyros contextum, in lucem edere, gratisque bonorum oculis, quā decet humilitate & subjectione, ventilandum subicere nullus dubitare potuit. Nec diffidendum esse censui me non eas utm̄d̄eōw̄ neāēis & utilitates, quae in universo foro astronomico plures sunt, quam exiguo chartarum volumine comprehendendi possint, evolvere, sed brevi s. item utm̄d̄eōw̄ earundem essentiam, causas & species indigitare: ideoq; totam Disputatiunculam in tria membra, quorum primum essentiam, secundum causas, tertium diversas utm̄d̄eōw̄ species depromet, membrag; facilioris citationis ergo in certas Theses dividendo. Tuam interea, Amice accandide Lector, benevolentiam imploro, ut hunc tenelli ingenij fātum, quamvis exiguum & desiderio Tuo non sufficientem, pro candore, quo honesta alierum petita antē benignè ferre conservisti, non torvo aspicias vultu, sed conveniente modestiā perversis Mororum cupiditatibus surripiens, Tibi aliisq; virtutum selectioribus quam commendatissimum habes. Vale mecumque opta:

Astripotens Dominus summi moderator Olympi

Heic nostris tenebras dispellat mentibus atras!

Dirigat & nostros gressus astra ut videamus,

Empyrei qvæ luce valent de cardine cœli:

Sydereis tandem domibus, post fata patentem,

Sancti inter sanctos capiamur & in Jovis aulam!



MEMBRUM PRIMUM.

Thesis prima.

Scal. Extr.
2.

Poëm.



N omnis rei tractatione palmarium esse justam seqvi methodum recta ratio facillimè evincit, sacramqve Philosophorum monitum, qvo dicitur: *Divina certè res methodus est, quā nibil vel in animo vel in corpore sapientis est admirabilius*, comprobatur. Qvia in iis, qvæ non methodicè producuntur, sàpe errare finit natura, ac bellè dixit Poëta: *Ordine provenies qvò non datur ire labore,* Qvò nos incitati èdem in hâc nostrâ delineandâ materiâ sollicitudine ducimur, & ut vitatis, qvî legentium animos suspendere solent, rerum verborumqve nodosis anfractibus, omnique alia ambiguitate, simplici viâ singula aggrediamur, & juxta diu usitatum ordinem primùm ὄντως λέγεια seu vocis explicacionem exponamus. Circa qvam sedem primam occupat Εὐμελογία, qvæ multiloqvio non videtur egere, cum cuivis vel primis (ut dici solet) labiis Græcam lingvam degustanti satis innotescat.

Lex. Seba. Dicitur enim οὐδέτες à verbo οὐδὲ ημι vel οὐδὲ ημι, qvod Rev. s. D. D. verbum à ποτέ ναὶ τίτηι compositum ut plurimum verbo la-
Gezel. lex. tino supponere seu suppositare, id est, subjectum ponere, æquis.
Etymol. valet: ut οὐδέ τις εἴη οὐδέ τις εἴη πατέται ναὶ τίτηι. Et cum ὅμ
Lex. vario. Atticis aliquando valet ωδη, significat ωδην πατέται proponere, in-
Plut. in situere, materiam scribendi sumere. Plutarchus iu Homerum:
Homerum.

Οὐδὲ Οὐηρός ὁ ὑπὸ τῆς θεοῦ περάξεις τοῦ χρόνου. Nec non consilium dare, item futura prævidere & imaginari, ut sparsim apud Autores patet. Sed verbum ὑπὸ τῆς θεοῦ etiam pignorare significat, alias verior famosiorque significatio, quæ sit per verbum supponere vel rem rei subdere, quæ etiam ut nativa apud Lexicographos probatur, et si pluribus tropicè in foro latinitatis usibus & acceptationibus sit donata. Huic radici ὑπὸ τῆς θεοῦ suam debet originem, ejusdemque ferè actum, nisi longius aliquando, poscentibus scriptorum rationibus, in alienam acceptationem se diffunderet, significaret: sed cum explosus diffususque ejus vocis valor in authorum scriptis sit, ut in illis perdiscendis vix inoffensopede, quin quid ea ibi locorum sit explicitur, ire liceat, cura nostra erit Thesi sequente ejus ὥμων μίαν tradere. *Astronomica*: Erb. Weig. Est vox adjectiva ἀπὸ τῆς ἀρχαιοτέρας derivata & Astronomia ἀπὸ ἀστ. parte ἔτερης τῆς λόγου compositionem agnoscit, ac quasi λόγον τοῦ Sphar. ἔτερης τῆς λόγου: sermonem de astris significat. Ethinc astronomicus, a. u. m. quicquid ad astronomiam pertinet.

Thef. 2. Varia nomini ὑπὸ τῆς θεοῦ significata, pro diversitate disciplinarum & objectorum, substravere scriptores, ut singula hic indigitare, sicut in se nimium prolixum, ita supervacaneum esse judicem ac notiora saltem, quæ primariam faciunt paginam, assignasse sufficiat. ὑπὸ τῆς θεοῦ in generalissima significazione [α] basis, fundamentum & principalior substantiæ pars *Lex. Var.* audit; sic caudicem ὑπὸ τῆς θεοῦ Φύσις arborum appellamus. *Lex. Schap* [β] Omnis causa sive physica sive moralis, &c. ut cum dicitur: ὑπὸ τῆς θεοῦ hujus rei talis est. [γ] Quodvis principium demonstrationis, quo posito rei cognitione eluceat. Nec non ratio vivendi *Isoctr. ont.* di Isocrati: Εὐθὺς καὶ οὐδὲ βίσι τιμώτερος πεποίηται τοῦ ὑπὸ τῆς θεοῦ. Et ad Demon. Plutarcho materia dicendi: Επανάγα γὰρ τοῦτο εἰς αἴρεται τῷ Πλούτῳ τῆς θεοῦ. Sed specialiorem ingressa rationem hæc vox & *Inst. Puer.* pro ut in eâ, vel hæc disciplinâ usu venit, aliam atq; aliam notam ponit. (1) Apud Jurisconsultos species sive causa sonat, ut Cicero- *Cicero* ni placet. Causam ex definito quæstionum genere appellat Bud- *Bud. Csm.* dæus. (2) Philologi ampliori dicunt: licentiā: δι' ὑπὸ τῆς θεοῦ, *Arist. Pol.* i. e. ex consecutionis necessitate. Καὶ ὑπὸ τῆς θεοῦ dicere, est tan- *cap. 3.* quam suppositum & non ut planè constitutum vel argumentis *Theophr.*

Cic in Top. probatum dicere. (3) Rethorici questionem definitam de rebus plurimis singulatibus denotat, ut Cicero in Topicis: Questionum duo atque praeal generent sunt, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum M. Miltop. cum, quod Graeci οὐ πόθεον, nos causam: Infinitum, quod Θεον. p. 12. οὐ illi appellant, nos propositum nominare possumus. (4) Log. Alstedio. I. gicis, Alstedio aliisque conditio vel Thema simplex dicitur hypothetica propositiones i.e. conditionatae. (5) In 1. cap. 4. Metaphysica presuppositio appellatur, quia aliud ex alio dependet. Bachm. Ph. quādam necessitate; unde Alstedius: Necessitas ex hypothesis est, quā cert. 2. q. 6. pendet ex aliquā causa: unde Dependens dicitur, etem conditionata. Alstedius. nata, hypothetica & ex suppositione: quā nempe aliquid est necessarium. XL. c. 41. rium secundū quid. (6) Mathematicis, quatenus in Matheseos praedictis Geometriae termini considerantur, vel ad partes demonstrationis materialē. Enc. de thematicis materiales spectat, vel est definitio terminū artis expounderat in genere, nens. (7) Quia Geometriam propositione nuncupatur, quae etiā Elementa. Lex. elementum geometricum non sit, elementi tamen speciem habet, & philosophi. proinde principium mediatur dictum, dicente Alstedio: Hypothetica Alstedius est propositione que etiā demonstrationem habet, tamen sine demonstratione ponitur tanquam elementum. Alias dicitur propositione concessa itemque lemma: quod quis prius quid non intellectum, tamen a Preceptoribus auditum, concedit eiique statim assensum praebet, ut omnes anguli per crucem oppositi sunt æquales. (8) In Physicā vero minus manifestam causarum cognitionem sequitur, & ex collatione rerum earundemque circumstantiis, humanæ mentis beneficio, enatam perceptionem conclusionemque dicit. Cum enim Physicus de terra, cœli, corporumque cœlestium positu, figurâ, rotunditate & habitidine, quæ nec oculis videri, nec apodicticis demonstrationibus πεπιστεύσας ostendit ac declarari queunt, inquirat, anxious sane de apparentiarum causis procedit; certa tamen διδύμη ac conclusiones, quibus rem non aliter sese habere indubitanter ostendit, eruit, easque hypotheses nomine insignit. Hujus generis οὐ πόθεος, sicut & Geometrica non materialiter, sed formaliter ab οὐ πόθεος Astronomicā distinguitur, ut ex sequentibus plenius patet. (9) Astronomus itidem suas positiones, quarum ministerio corporum superiorum motus (circa quos cognoscendos præcipue est occupatus) circumgyrationes, & ex variis

flexu reflexu vel locationes, descensiones ac alia *Φαινόδημα* cognoscit, metitur & ostendit, appellatione ὑποθέσεως vestit. Sed est quoque hæc vox Astronomis sub dupli significatione. [α] Οργάνικη seu impropria, & sic materialia ac palpabilia notat instrumenta, quibus ὑποθέσις ostenduntur & declarantur: inquit cum usum variâ arte, diversoqve modo ab artificibus tam modernis, quam priscis, excogitantur ac applicantur. [β] Idem propriâ, utputa, doctrinalem conceptum seu sententiam mentem inhabitantem, de verâ motuum cœlestium essentiâ & habitudine, succursu instrumentorum, ingeniiqve industriâ cognitam, & calculo Astronomico comprobata innuit. Tantum de æquivocâ vocis hujus usurpatione; sequitur ejusdem *Συνοψία*.

Thes. 3. Συνοψία vocabuli hujus qvod concernit, obvium facile est multa, qvæ ex parte idem indicant, alludentia esse nomina, sed ἴσοδυναμώντας vel æquivalentium non adeo largam copiam. Poteſt tamen, si cui placuerit, ὕπόθεσιν alio nomine rationem, causam, probationem, sententiam, doctrinam, judicium, &c. appellare; attamen unicuique harum vocum suum debetur significatum, ut adhibitâ justâ ac propriâ explicatione & definitione, omnino una pro alterâ sine cofusionis vitio posse ac usurpari non possit. *Quia nomen est*, ait Cicero, *Cicero*, *qvod unicuique personæ attribuitur*; *quo queq; sive proprio Cicerone vocabulo appellantur*. Sed nec latet, qvod saepius vel latini sermonis licentia, vel inveterato loquendi more, vel largiori troporum usurpatione, unum nomen pro altero valeat ac vigeat. De quo tamen hic agere, non nostri est instituti.

Thes. 4. Enodatae ita nominali interpretationi, ne vela instabili vento dare & præter rem aliquid facere videamus, hic quoque in limine definitionem realem eam, qvâ decet, brevitate subiectere consultum esse remur. *Micraelius* alijque ad hunc modum definitionem tradiderunt: *ὕπόθεσις Astronomia est*, *qvâ Φαινόδημα seu motus cœlestes, qui nobis apparent inæquabiles Irregulares, per motus circulares et æquabiles salvari possunt*. Sed cum hæc non genus, sed usum ostendens non ad amissim logicam directa sit, descriptionis potius quam definitionis titulo

*Micrael.
Lex Philo.*

lo salutari debet. Nos vero ita eam definitam iri volumus: *ūmētīcāstronomica* est conceptus mentis habitualis scientificus, de corporum cœlestium situatione; cuius beneficio quantitas motuum eorundem sub cognitionem & justam mensuratiō nem venit.

Thes. 5. Hæc definitio ut luculentius pateat brevis substituenda est exegesis terminorum. (α) Genus est conceptus mentis: unde nos non ipsam rerum corporalium apparentiam seu modalitatem, quæ se ut objectum de quo in hæc nostræ acceptio ne habet & *ūmētīcā* declaratur, nec crassa manualiave instrumenta demonstrationibus externè saltē inservientia, intelligere ad paret, sed menti inharentem quendam disciplinarem conce pnum, qui cum plurimis alijs conceptibus particularibus circa objectum suæ disciplinae cognoscendum versatur, illud collu

Alst. Enc. strat & notum facit. Nec quopiam in dubium ibit, qvod tale l. XI. Me vñpua mentisque factus, ut ratione humana intenditur, causis *mp. p. 1. c. 3.* occasionalibus fulcitur & diutius durat, purum putum nihil

Enc. Gezel. esse non possit, sed consequitur entitatem & speciem constituit:

Nool. quæ lemel data una essendi necessitatem, juxta illud noologicum: *Praeclariss* dum qvid est, necessariò est, superaddit. Hanc rem ita decla Mag And. rat b. m. *Praeclariss.* Mag. And. Thuroniūs: *Ens rationis objectivum* Thur. Me vè consequenter, qvod quidem præter esse objectivum, nihil habet, *mpb. c. 2.* consequitur tamen cognitionem rei & præsuppositionem quan dam in re, à quā intellectus occasionem arripit, talem conceptum singendi. *Talia Entia rationis sunt relationes rationis & notiones secunde, duo posteriores modi* (scilicet ens rationis obje ctivè absolute & objectivè consequenter) constitunt *Ens verè Rationis & quidem qvo ad conceptum objectivum, non formalem, qvib u: pote qualitas mentis semper est Ens reale.* Hoc modo *ūmētīcā*, si extra mentis operationem nihil entitatis in rerum natura verè & definitivè ponat, tamen in ipsa disciplinâ sede fere primariâ donata & judicio mentis validè corroborata, omnino ut hic *Praeclariss.* Thuroniūs adstruit, veram entitatem quā formalitatem sortitur. Qvippe, cum ratio se ad motuum sydereorum, quos etiam indocta intuetur, investigandas causas extenderit, conceptum sibi de cœli constitutione, quæ eorum causa verè creditur esse, efformat, cumqve sive verum sive falsum (sicut conceptus

ceptus vel verus vel falsus est) ceu speciem intelligibilem vel ideam in se retinet & habet rationem ad rationem, quam habet accidentis ad subjectum inhaesitionis, nec minus esse suum agnoscit quam alij imperfecti habitus: *Al. I. 10. 5, 12. 5*, virtutes, vicia &c. Sub modo scilicet formalis non materiali, cuius respectu dubius maximè; quia conceptus objectivus est subjectum conceptus *Al. I. Enc. L.* formalis, illo non rectè percepto, hic falsus est, & quod falsum, *XI. Met. p.* non statim nihil est. Sed ad ostendendum, quo jure conceptus part. i. c. 32. mentis *ὑπόθεσις* genus salutari possit, veniamus. Convenit omni generi latius quamlibet suâ specie esse, & de eâ prædicari in questione quid sit, scilicet proximè &, adhibita differentia, cum eâ posse reciprocari. Hæc lex omnimodi in hâc definitione conceptui convenit: sicut enim in Logicâ conceptus de notionibus secundis, ceu genus proximum, ita etiam in Astronomiâ de hypothesibus prædicari potest; quia talis *ὑπόθεσις* nihil aliud, quam artificiosum quoddam humanae mentis inventum est, ut objectum disciplinare melius citiusque intelligatur, & constat, dum individuè quæritur: quid est hæc? *Resp. ὑπόθεσις*, eaque quid? Conceptus mentis; qui non solum de *ὑπόθεσι*, verum etiam de perplurimiis sibi subjectis speciebus suâ accidentaliter formalitate distinctis dicitur. (β) Habitualis dicitur: Cum eam esse qualitatem menti & rationi humanae ceu subjecto inhaerentem probatu haud sit difficile, conseqvens est eam ad aliquam qualitatis speciem referri debere. Potentia vel impotentia aptè dici non potest, cum actus alicujus principium existere nequeat; licet actum aliquando, cum alijs concurrentibus causis, promoveat & suas utilitates varijs exerceat modis. Nec de Passione & patibili qualitate ei quicquam est: quia animum aut corpus subitanè aliquâ motione non percussat. Neque nomen forma *Scheibl.* vel figuræ subit: forma & figura subjectum duntaxat externe *Metaph.* modificant, sed *ὑπόθεσις* inter mentis cancellos detinetur. *Re. I. 2. c. 8.* stat ergo prima qualitatis species *Habitus*, ad quam tanquam genus suum remorum, non minus ea, quam alia talia mentis *νοήσιμα*, pertinere videtur. Naturâ enim & exercitio aqviritur, retinetur & stabilitur, mentemque circa objecti cognitionem occupatam informat & perficit, ergo nihil vetat, qvin sub eâ suam specificam entitatem agnoscat. Hic tamen non statuimus

ύποθεσιν conceptum aliquem esse universalem ac absolutum, ut quæque perfecta disciplina inter suos terminos solet censeri, sed particularem & ad totalem referendum. Quidam veluti in omni

Alst. Enc. l. disciplinâ, partim propter imbecillitatem (ut verba habent *Al. Metaph. stedij*) intellectus: qui non potest notiones primas seu res ipsas, si *part. i. c. 32.* ne talium mentis conceptuum adminiculo percipere; partim *Scheibl.* rum difficultatem: ad quam tollendam excogitandum est reme-*Metaph. dium*; partim etiam intellectus virtutem: quod cum varias res *I. II. c. 8.* inter se confert, varios conceptus ex se patit, necessarium est *Gilb. Jacc.* perplurimos imprimis fieri mentis conceptus particulares, ex quia *Inst. Meta.* bus postea, sicut partibus integrantibus, conceptus universalis *l. 6. c. 10.* prognoscitur & habitus totalis audit. Quot in Grammaticis *omnibus* mentis ac conceptus, de adjektivo, de substantivo, de conjugabili & inconjugabili, &c. habebit Tiro, antequam totalem sibi habitum acquirere possit? Quid in Logicâ & Rethorica notiones secundæ valent? quid demum in disciplinis realibus Metaphysicâ, Physicâ, &c. tot relationes, comparationes & modificationes, quas intellectus tantum disciplinæ ergo, ut mens in cognoscendo faciliteretur, excogitat? Sic quoque ad Astronomiæ integrationem magna conceptuum multitudo concurrit, cuius pars minima haud sunt *ύποθεσις*. Ultrò, nec silentio involvendum est, hos conceptus (*ύποθεσις*) non aliter à nobis ad speciem hujus prædicamenti referri, quam ad ipsum prædicamentum, nempe reductivè & inferiori modo seu per accidens,

Præcl. II M. juxta testimonium Praclariss. M. Jacobi Flachsenii: *Infraprä-
Jac. Flach.* dicamenta esse dicuntur ea, que vel ob incompletam vel diminu-*Log. Coll.* ram effendi nationem per se in civitatem prædicamentorum accipi *Proœm. c. 3.* apta non sunt; qualia sunt: Entia Rationis, ut æquator, Zodiaco, Theatrus, Horizon, relationes rationis, ut dextrum & sinistrum. *Præcl. II M.* Huc spectant omnes notiones secundæ, tunc Grammatica, tunc Re-*Thür. Inst. theorice, tunc Logica.* Ita *ύποθεσις* etsi per se & directè non se-*Log. part.* riem prædicamenti intrant, illam tamen eis denegari nemo ad-*proœm.* plicis considerationis, ita quoque *ύποθεσις*: imprimis ratione *γνώσεως* seu cognitionis: ita Astronomiæ præceptis traduntur & sunt objectum considerationis Astronomicæ; vel ratione *πράξεως*, usus & applicationis; & ita mentem Astronomi inhabitan-

tant, eam in cognoscendo facilitant & rationem instrumente
rum subeunt. [γ] Conceptus scientificus: Qvia dum de essen-
tiâ Astronomia participet, etiam denominationem consequi-
tur: Astronomia enim communis Philosophorum suffragio di-
citur scientia, ergo quodcumque ad ejus constitutionem concurrit
scientificum dici meretur. [δ] De corporum cœlestium si-
tuacione, &c. Quibus verbis hujus conceptus cum materiale,
tum formale & differentia, quæ ab aliis conceptibus discernitur,
quæque ab ipsis causis optimè deponi potest, innuitur: de his
cum in sequente membro simus acturi, consultò hic silentes ad
considerandas *υποθέσεων* causas festinemus.

MEMBRUM SECUNDUM.

Thesis prima.

Rev. D.D.

Gezel. Enc.

de Math.

Causas consideraturis omnium prima imminet Effici-
ens, quæ est imprimis universalis Deus T.O.M. qui singu-
lari benevolentia & misericordia, mentibus mortalium in gen.
peccato depravatis inque caliginosam ignorantiam miserè de-
lapsis, subministrando artes & scientias liberales & veluti facu-
lam novam ex remanente primæ integritatis scintillulâ accen-
dendo succurrere voluit, ut ejus bonitatis gloria & exinde tanto in gen.
magis innotesceret. Constat enim ex Theologiâ, quod si homo Adm. Rev.
in suâ perfectione remansisset, haud dubiè hujus generis institu- D.D. Enev.
tionum non indiguisset, ut per tot, scilicet labores ac sudores res Sven. Coll.
naturales in usum delectamentumque hominum creatas cognos- Theo. Disp.
ceret, sed solatum sufficeret Dei imago, pulcherrima intelle- VII de bo-
ctus voluntatisque cum Deo *ἀὐτίκη πάτη* conformitas. Sed res a. mine int.
liò longè cecidit: fracto frēdere, fractæ sunt ingenii vires. Præ- Gen. 3.
sertim in Astronomia, quæ circa rerum remotissimarum conside-
rationem versatur, occæcato hominum ingenio syrtica salebro-
saque intelligendi via est, ut sine difficultate in cognoscendo pro-
gredi non detur. Sententia Frischlini etiam hoc facienti faci- Fristb. Aft.
les morem gerimus, quæ dicitur: In systemate cœlico alias summa lib. 1.
ma est conformitas, summaq; harmonia, adeoq; ejus perpetua ve-
ritas, sed respectu nostri, propter nimiam eorum corporum à sen-
sibus nostris distantiam, non facilis ea veritas indagatu est, unde

et hypothesis, nomine matibus, rationibusq; ratiocinatis Astronomus, antequam scientificas probationes & conclusiones producere possit, opus habet. Hic tamen sciendum est nos propterea Astronomiam non esse scientiam nequaquam dicere, sed sermo saltus est de difficulti cognoscendi modo. Et dicuntur haec longius à scopo, jam ad probandum Deum ὑποθέσεων causam esse revertamur. Omnis boni ad collapsæ mentis humanæ restorationem & perfectionem conducentis authorem Dominum Deum esse evidenter satis ostendunt luculentissima scripturæ testimonia.

- Jacob. 1. Vocabut. Pater luminis, à quo omne donum bonum & perfectum descendit: Text. Græc. Πάτερ δόσις ἀγαθῆ, οὐ πάντα δώ-
μητα πέλσον ἀναθέν δέ, κατεβαῖνον δύο δύο πατέρες τὸ Φωτῶν, πάρ
Idem v. 5. ωντος εἰς τὸ θυματήν, η τεοπτῆς δύοποιασματι. Et à quo omnis
sapientia petenda est: Text. Græc. εἰ δὲ τις ὑμῶν λέπει σοφί-
ας, αιτάτω τὸ δέδιδόν τοι Θεοῦ πάντων ἀπλῶς, οὐ μὴ ὄντειτο τοι.
Prov. 2. v. 6. Iebova dat sapientiā, ex ore ejus egreditur cognitio & intel-
ligentia. Et qvo jure Astronomiæ author & origo dicitur Deus, eodem qvoque ὑποθέσεων, cum Astronomia sine illis exacta exi-
stere neutriq; possit. Modo ὑποθέσεις non sint verbo Dei contrarie, in Deum blasphemæ & impiae: nam talium, qvā ta-
les, Deus non est author, sed qvatenus verbo Dei & sacris piis-
que conatibus sunt consonæ ac ad Dei gloriam & nostram ædi-
ficationem pertinent.

Thes. 2. Particularium causarum constitutionem illi-
grediuntur causa efficiens principalis & minus principalis. Prin-
cipalem efficiunt Astronomiæ taliumq; conceptuum Inventores,
qui subtiliori naturæ dote, diviniorique ingenij aptitudine, id
genus rationum vel primum excogitarunt vel excogitata servan-
tes ad usum applicarunt. Qvorum primum Archimedem syra-

- Plin. 1. 7. cusianorum Philosophum celeberrimum & Geometram præstan-
tissimum fuisse, spheras superius hemisphérium repræsentantes
e. 37. instituisse, easq; circulis, asterismis alijsq; picturis, ad ostendendum suas in mente de cœli habitudine & circumvolutione
Eiv. 1. 4. Cale. Ono. conceptas ὑποθέσεις, exornasse testatur Cicero & ex eō Calepinus
De Adm. 3. Dec. Ono. ac Decimator. In eō alias præcipua ejus celebratur industria,
qvod dicatur vitream habuisse spharam, in qvā sol & luna in di-
ver-

versas delati plagas sponte cursus suos perfecerunt, unde Clau-
dianus:

Jupiter in parvo cum cerneret eternum vitro,

Risit, & ad superos talia dicta dedit:

Huccine mortalis progressa potentia curae?

Jam meus in fragili luditur orbe labor.

Jura poli, rerumq; fidem legesq; Deorum,

Ecce Synodus transfluit arte senex.

Inclusus varijs famulatur spiritus astris,

Et vivum certis motibus urget opus.

Percurrat proprium mentitus signifer annum,

Et simulata novo Cynthia mens eredit.

Jamq; suum volvens audax industria mundum,

Gaudet, & humana sydera mente regit.

Clodianus

Sunt tamen qui Archimedem primum sphæræ applicationum-
que coelestium authorem fuisse in dubium vocant, ut in suo Ono- Dec. Ond.
mastico Decimator & Hortensius in præfatione sphæræ Blaeu: Hortensj.
E veteribus, inquit, quibus hæres curæ fuit, quisnam primus in- in præf.
venerit sphæram, non satis constat. Plinius Atlantem nominat, sphær.
Laërtius Museum, alijs Anaximandrum Milesium, Cicero Archi- Blaeu.
medem & Posidonium, incertâ omnes ratione, nisi Archimedem &
Posidonium excipers velia; quos tamen primos sphæræ Inventores
fuisse nemo cuicquam facile persuaserit. Qvis sphæræ aliorumq;
astronomicorum utensilium primus fuerit inventor & qui pri-
mum ὑπόθεσις in Astronomicis, ut in suâ nunc sunt multitudi-
ne, vel è novo excogitaverint, vel ex alijs disciplinis in Astrono-
miam introduxerint, investigatu facile difficultimum est; ac si
Archimedem vel alium Astronomorum priscis seculis viventium
primum sphærarum & palpabilium Instrumentorum invento-
rem applicatoremque fuisse argumentis probabilibus evincere-
tur, ὑπόθεσις tamen non ante Archimedis tempora excogitatas &
usu receptas esse, negabit vel ipsa Astronomia, qvæ harum se-
cunda mater, sterilis putaretur, cum maximè pareret. Pri-
mum Astronomum primam fecisse ὑπόθεσιν res ipsa dicitur.
Sed nos nunc ὑπόθεσιν investigare cunabula non adeo tangit
cura, modo constet antedictos præclaros Mathematicos, & præ-
terea Hipparchum Ptolomæo & Plinio acceptissimum, ac Pto-
lomæ-

Cal. Onō. Iolmæum, qvi Trajani & Hadriani Cæsarum temporibus, ut se-
Dec. Onō. runt Calepinus & Decimator, floruit; (qvod tamen inficiantur:
Vincent. Vincentius, qvi eum priscorum Ægypti Regum Proloemiorum
Spec. Hist. prosapia occum debere & ante Christum natum vixisse ait, & Svi-
Svid. das coëtaneum Marci Antonij fuisse ac sub Augusto & Tiberio
Magin. Cæsaribus vixisse perhibens; sed uterque à Magino refellitur) ea-
pref. Geog. rum authores exstissee; ac Plinium quoq; qvi Vespatriani Imperat.
Temporibus vixit: & posterioribus seculis Nicolaum Coperne-
cum, à qvo de universalis mundi systemate nova & à communi
sententiâ longè aberrans minusq; Ecclesiasticis grata excogitata
est ὑπόθεσις; de qvâ circa disputationis calcem uberioris dicitur:
Nec non Tychonem Brahem rerum Astronomicarum (ut de
eō habent Elogia) facilè experientissimum: aliosq; variorum
seculorum viros suâ laude dignissimos, singulari prudentiâ & in-
dustriâ in forum Astronomiæ introduxisse.

Thef. 3. Causas impellentes cum classi Efficientium
assignent Philosophi, paucis etiam nobis hic loci de illis, quatenus
huic nostro discursui inservire videntur, dicendum est. Ea-
rum prima est τὸ τὸ Φύσεως ἀνθρώπην ὑστέρημα: naturæ huma-
næ imbecillitas, qvæ, ut superius indicavimus, hominem in hac
mortalitate ita concomitat, ut intellectum in cognoscendis re-
rum causis, sine difficultate & diversorum adminiculorum exce-
gitatione, ad optamat ac desideratam metam venire non per-
mittat; ut ap̄tē cum Ovidio dici possit:

Ovidius.

Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt,
Difficilis nostra poscitur arte labor.

Secunda est objecti Astronomiæ à sensibus nostris remotio: hanc
Nicod. illamq; ita declarat Frischlinus: *Est autem prima & præcipua*
Frisch. *causa ob quam inæquales videntur Planetarum motus, præposta*
Æst. l. i. c. 5. *quædam humani ingenij ratio, qvâ nos in illis motibus contem-*
plandus *in eorundem causis investigandis uti cogimur: si quidem*
motuum illorum causas sive argu explicare velimus. Cum enim
Deu opifex rerum, illa corpora tam procul à sensibus nostris amo-
vererit: ut (qvod in aliarum rerum scientiis facere possumus) prin-
cipi ad demonst rationum non queamus ex ipsis gignere & oīcū ac
vernacula invenire: quibus postea singularum apparentiarum
causas

causas reddamus: ideo nos ad aliena configimus praesidia, petimus, nobis $\delta\pi\vartheta\epsilon\sigma\varsigma$, ex Arithmeticā & Geometriā. Nam hinc tot lineas extruimus, tot circulos fingimus, tot puncta imaginamur, tot orbēs excentricos & Epicyclōs, imò etiam Epicyclīsticos comminiscimur: solum ut ex hiis rebus motuum illorum, quos tam procul à sensibus nostris amovit Deus, causas reddere possimus. Tantum ille. Hisce, ut adparet, causis moti sunt Astronomi Cartes. ad acqvirenda sibi talia media: Et studia astronomica eò fieri Prin. plausibiliora cognituqe faciliora, qvò hæc veriora & aptiora Phil. par. 3. adhibita fuerint, nec inficias unqvm recta ratio ibit. *Thef. 19.*

Thef. 4. Hisce causis succedit instrumentalis, qvæ, juxta notissimam Philosophorum sententiam, ad rō rei esse cooperatur sed sub causa principalis dominio & moderamine. Tamē in $\tau\alpha\theta\epsilon\sigma\varsigma$ constituendā duplē adserimus, unam incipientem, alteram perficientem, eamque naturam, hanc curam adpellamus. Ratio hujus theses exinde sumitur, qvod non sit cuiusvis etiam mediocris ingenij tales posse adstruere $\delta\pi\vartheta\epsilon\sigma\varsigma$, quales hæc subtilissima disciplina Astronomia in tot $\alpha\tau\eta\mu\alpha\tau\omega\tau$ ac quæstionum gyris, scientiæ gratiâ, necessariâ explicandis requirit, sed in hisce astronomicis remotissimis tricis planè promptam sagacemque naturam desiderari, testatur Reverendiss. D. D. Rev. D D. Gezelius in Encycl. parte Math. præmiali. Per naturam nos hic Gezel. Enc. intelligimus naturalem qvandam promptitudinem seu inclinacionem, qvâ causa principalis, tanqvm instrumento proximo, *Proem.* in fabricandis sibi $\delta\pi\vartheta\epsilon\sigma\varsigma$ utitur. Qvæque naturæ inclinatio qvam diversa in diversis sit subjectis, non minus qvotidiana experientia, qvam digna historiarum lectio, ostendit. Hæc sepe quidem habet ut fundamentum cognoscendarum rerum, qvâ verò non inventâ, cassa solet fieri institutio, juxta illud vulgare: Non ex qvovis ligno fit Mercurius: at vero inventæ nobilis rerum cognitio facillimē superstruitur. De hæc re ita Wolf. *Hei-Wolf. Heiderus:* *Natura* verò *ingenita* nobis principia & inclinationes ad Pol. c. i. varia studiorum & actionum genem complebitur, quæ si bona sit, bona, si mala, mala indoles vocatur. Hujus verò qvæ vis sit in utrumque partem & animalia bruta & infinita hominum exempla, sed imprimis tamen Menandri (α) Pythagore (β) Temistoclis (γ) &c, demonstrant. *Persius. 5.*

Mille

Mille hominam species & rerum discolor usus :
Velle suum cuig est, nec voto vivere uno,
Mercibus hic Italos mutat sub sole recenti
Rugosum piper & pallentis grana cumini.
Hic satur irriguo mavult turgescere somno :
Hic campo indulget, hunc aula decoquit : ille
In venerem putrit.

Propert. 37

Propertius.

Hic satus ad pacem, hic castris utilis armis :
Naturae sequitur semina quisq; sue.

Laërt. 1.5. Et dicit Philosophorum Princeps Aristoteles neminem unquam
Cap. 1. ad aliquod sapientia culmen pervenisse, nisi a singulari natura eò
Plutarchus provocatus esset. Eique adstipulatur Plutarchus: Ή δηδού Φύ-
Inst. Puer. σις αὐτοῦ μαθήσεως τυφλόν, η δέ μάθησις δίχα Φύσεως ἐλλιπεῖ, η
ἀσκησις χωρὶς αὐτοῦ απλεῖ. Sub nomine curæ hic com-
prahensum intellectumque volumus, quodcunq; eam naturæ
inclinationem ad talia νοματικὰ πείγματα ut sunt ὑποθέσεις,
conficienda adaptat, juvat ac promovet, sive id ex μάθησι:
doctrinæ, qvæ ex varijs disciplinis, & præsertim Geometriæ ac
Arithmeticæ acquisita qvævis facilitantia adjumenta involvit:
vel ex ἀσκήσει: exercitatione certissimæ omnium artium perfe-
ctrice, cui non minus ὑποθέσεις, qvam alij præclaris mentis conce-
ptus disciplinæ, adscribendæ veniunt, productum atq; adhi-
bitum fuerit.

Alsted Enc. Thes. 5. Ostensâ sic causâ efficiente, proximo loco
LXI Meta. de materiali & formalí ὑποθέσεων causis actum iri monet
Part. 2. c. 3. quidem disputationis ordo, verū cum haec causa προώτως
Præ. Thū corporibus, qualib; verò alijsq; accidentibus non nisi desu-
Log part. 1. τέρης competant, hic loci eas nec negare, nec citò adserere
Cap. 4. valemus. Materia secundum Logicos est vel (a) Sensibilis,
Præclariss qvæ sensibus externis percipitur, vel per naturam apta est ut per-
Flachs. cipi possit, licet, aliquando aliarum rerum interpositionibus in-
Coll. Log. hibetur. Talem materiam ὑποθέσις competere planè negamus,
part. 1. qvia (ut supra probavimus) menti inherens qualitas est, &
C. IV. sect. 1. qviquid extra mentem ad ejus constitutionem facit, illud nomen
Theo. thes. materiæ, circa qvam, non verò ex qvâ, meretur. Vel (β) In-
2. telligibilis, mentis & rationis beneficio existens ac speciem fal-
tem

tem sensilis materiæ referens: quippe, illa extra omnem mentis operationem existere potest, hæc verò non nisi mentis fœtus est. Talis intelligibilis materia $\overset{\text{vno}}{\text{materia}}$ tuto adsignari potest; sicut enim Orator suam orationem & Poëta sua poëmata ex hæc vel illa mentali materiæ sibi efformat, mente retinet oreq; promulgat, ita quoque Astronomus suas $\overset{\text{vno}}{\text{materias}}$ relinquit. De materiæ circa quam seu objecto inferius agemus.

Theſ. 6. Formam $\overset{\text{vno}}{\text{materia}}$ addicere possumus modum *P.C. Thur.* inhaerentię: qvia (ut Philosophi loquuntur) accidentis esse est in- *Leg. p. pr.* esse, i. e. accidentium proprium, ut extra suam inhaerentiam ni- *Gibl. Jacc.* hil in rerum essentiā ponant, sed penitus pereant. Substantia *Inſt. Met.* verò in eō gradu formam sibi vindicat, ut accidens ejus respectu *lib. 6.c. 2.* saltem allativè eam habeat; qvæque magis substantię modifica- *Cun. Diet.* tio, qvam forma dici mereatur. Monendum tamen est, qvòd *Præc. Dial.* tales accidentium formę suas specificas entitates dicant, ut qvòd *Schei. Me-* vis accidens, dum sit, omnino sit essentialie quid, juxta illud: *cap. l.z. c. 6.* Impossibile est idem esse & non esse. De talibus rerum formis *Rev. ff. D.D.* ita b. M. Thuronius: *Forma substantialis esse substantia; acci-* *Gez. Nool.* *dentalis verò esse accidentis in concreto formaliter constituit.* Ita *cap. 2.* hominis forma substantialis est anima rationalis: *Musici acciden-* *P.C. Thur.* *talis musica, globi exalta rotunditas.* Alius forma substantialis *Log. part. 5.* idem est, qvod essentialis, sive sit substantia, sive accidens; ac *Cap. 5.* *accidentalis verò qvæ non est essentialis formato sed extranea.* duplice itaque nos $\overset{\text{vno}}{\text{materia}}$ formam, per allusionem qvandam ad esse substantiale, tribuere possumus, unam qvæ largitur esse, alteram qvæ modificat. Exempli gratiā: sit $\overset{\text{vno}}{\text{materia}}$, qvòd se- prem Planetarum orbes dentur, & eorum quisque sui Planetę cor- pus diversimodè deferat; hæc $\overset{\text{vno}}{\text{materia}}$ à mente formata conse- quenter aliquid sit & entitatem formam qvandam essentialē dicentem haud respuit: nec non qværi potest, qualis sit hæc $\overset{\text{vno}}{\text{materia}}$ vera ne an falsa? necessaria vel contingens? hic ori- tur alia qvædam formalitas veluti ex priori pullulans & ipsum accidens aliâ atqve aliâ facie repræsentans.

Theſ. 7. Quandoqvidem in omni disciplinā, qvæcun- que in objecti cognitionem introducuntur, ad eundem cum eā finem pertinere, cuivis ad æquum ordinis Philosophici dicta- men philosophanti notissimum esse intelligamus; ejusdem cum

Astronomiā finis quoque *ūnō̄tēos* esse non dubitamus statuere,

Col. 3. v. 17. Et cum omnia nostra dicta, facta & cogitata, adeoque cuncta mentis molimina, summi moderatoris Dei honorem ac laudem praecipue concernere debeant: ut, quod non eō spectat, peccatum sit & ab omni honestā disciplinā omnino exterminandum; finalem quoque causam *ūnō̄tēos* nos duplē, universalem & particularem: illam gloriam Dei, hanc *ūnō̄tēos* utilitatem esse fatemur. Gloriam Dei *ūnō̄tēos* Astronomicam arguere nemo inficias ibit, qui unquam de subsequentibus rationibus aequum tulerit judicium. Cum praelata divina opera superiora corpora, non solum menti spirituali revelatione nutritæ à scripturâ sacrâ veluti sacramento tradita sint contemplanda; Verum etiam Ethnicis adeo sese ipsa commendaverint, ut per assiduam astrorum contemplationem haud minima iis innaseeretur

Cicer. l. 2. Dei cognitio: quod palam est Ciceronis testimonio: *Quid potest esse tam apertum tamq; perspicuum, quam cœlum suspicimus, Deor. celestiaq; contemplati sumus: quām ēst aliqod Numen prestant? Idem de tissimē mentis, quō hec regantur? Idem alibi: Quis est tam ve-
Resp. Arus. cors, qui cum suspexerit in cœlum Deos ēst non sentiat? Sic quo-
Sem. Hipp, que Poëta: *O magna parens natura Dēum!**

*Tugū igniferi Rēflor Olympi,
Qui sparsa citō sidera mundo,
Cursuq; usq; rapis astrorum,
Celeridq; polos ordine versas.
Cur tibi tantā ēst cœna perennes
Agitare vias etenies alti?
Ut nunc canē frigori bruma
Nunc sylvas: nunc arbuscis
Redeant umbra: nunc astivi
Colla Leonis Cererem magno
Fervore coquunt: viresq; suas
Temperet annus. Item:*

Nic. Seln.

Qui negat ēst Deum mox cœli sydēa spēllit,

Inſt. Cbris.

Sydem qui spēllat, jurat ēst Deum.

Rel. Loc. de Media & instrumenta, quibus cum hæc nutritur soveturque con-

*Deo, templatio, ēst *ūnō̄tēos* & media ac mediaturum eundē concerne-
re finem, facile qvivis concedit. Præterea cum Astronomia ra-
tione objecti suaq; ipsius disciplinarum haud postrema à Chri-
stia-*

stianis Philosophis (ut ipsi in suis scriptis testantur) omnino in
hunc finem intenditur, ut gloria Dei in omnibus vigeat, *ut oī-
orū quoque, quæ ad Astronomia perfectionem lapidem non mi- Enc. Gezel.
nimū addit, eundem respicere certum est.* In particularis si *Math. par.
nis consideratione primò occurrit Rhætici & Rami de *ut oī-ōēos Proam.
Astronomicis* sinistrum judicium, quod *imōōēos*, ceu mentium
quarundam deliria, damnantur & à foro astronomico detruse-
runt, perhibentes astronomiam melius citiusque, more Ægy-
ptiaco, sine illis tradi ac percipi posse; sed Nobilissimus Tycho
hanc eorum sententiam clarissimis rationibus diluit, ostendendo *Tycho. I. I.
sine imōōēos nec Phœnōōē a cœlestia in scientiam certam redigi, Epist. Afr.
nec motuum sydereorum veram rationem obtineri posse. Proli- pag. 60.
xè de te certà laborare nos spernemus, particularem hunc finem
imōōēos in principalem & minus principalem dispergitur.
Principalis seu ultimatus, quem *imōōēos Astronomicæ præcipue
concernunt, est motuum corporum cœlestium exacta cognitio;
quà postmodùm temporum, annorum, dierum ac horarum di-
stinctio discerni potest, ac in hunc modum à Frischlino describi-
tur: Certe si hunc usum habent isti circuiti & isti orbes, & si ade-
undem finem destinantur, propter quem Deus astra condidit, & cu- Frisch. Afr.
jus gratiâ solem ac lunam circumrotari jussit, ut nimirum cogno- lib. I. c. 5.
scendit horarum, dierum, mensum & annorum temporibus inser-
viant: nemo sanus illa artificum inventa aspernabitur. Nam
multis nos hodie indigemus, ad compandam alicujus rei no-
titiam, adminiculis, multis ad conservandam rerum præterita-
rum memoriam, adjumentis: quibus primi homines, tam lon-
gavii, facile potuerunt carere. Huic fini subordinati & secun-
darii sunt innumeræ ac multiplices earundem utilitates, quæ non
solum in vastum Matheœos campum, sed in universam Philoso-
phiam, imò in ipsam quoque vitam humanam sese diffundunt.
Et ut à potiori dicam. Cæxa omnino esset Astronomia si non hisce
inniteretur ocellis: iis præcepta explicantur, undè facilitas: de-
monstrationes peraguntur, undè scientia: connitentis superio-
ris regionis pulchritudo humano scrutinio sistitur, undè jucun-
ditas: nec est quicquam, quod altis mentibus unquam gratius
pabulum contribuere potuit, quam *imōōēos*. Cosmographis
quam grata est superioris partis mundi cognitio, tam necessari-
us est *imōōēos* usus, & continget, si sine illis eam adire vel-***

lent, in Syrtos cœlieosque labyrintos dilabentur, & haud dubio, juxta Diogenis Cynici dictum, planetis sanis, ipsi errarent. Harum ope Computista sua Calendaria conficit, quæ quantam domi forisque in omnis generis negotiis utilitatem præbent, neminem, nisi à φιλόναιος, latere confidimus. A Mathesi aliò transeamus! Nonnè Physicus, qui non solum corpora hic ante pedes jacentia, verùm etiam in rerum naturā à sensibus nostris remotissima, quatenus sunt naturalia, in quantum possibile est considerabit, hisce alis ad cœlica ædificia evolabit? nonne circulos in cœlo concipiet? polos erget & cognoscendi viam subtilissimis lineolis sibi parabit? Quid si non ab Astronomo mutatus fuerit, raro aut nunquam in solidam horum corporum cognitionem pervenire potest. Longum & tædiosum esset hic omnes ὑπόθεσεωι utilitates enumerare, cum plures sint, quam brevi chartā possint comprehendī, nec earum nunc dulci Oratoriā voce encomia canere nostri sit instituti; quare eos, quævis utilitates ὑπόθεσεωι uberiori cognoscere volupe est, ipsos primū libare monemus & experimēta syavia reportaturos fore certi pollicemur.

Theſ. 8. Sententia, quam de ὑπόθεσεωι definitione veraque essentiā superius fovebamus, moneret ut hic loci non nihil quoque de ejus adæquato subjecto agamus. Illud duplex conſtituimus: (1) Inhaſionis, cui ὑπόθεσις, cum sit quoddam acci-

P. C. M. Jac. Flach. Log. Coll. Proc. c. 4 Sed. 1. The Th. 4. dēns, inhærente necesse habet: quia omnium accidentium essentiāle est, per inhærentiā saltem existere & extra eam nullam entitatem dicere; ut in superioribus demonstravimus. Tale subjectum, in quō, est mens seu ratio Astronomi, qui illam imprimis in mente concipit & postmodūm, veluti ad praxin quandam astronomicam, ad varios usus deducit, imaginando scilicet in motibus cœlestibus harmoniam, quæ demonstrationibus finem Astronomiæ promoventibus & mentem in cognoscendo erigentibus, sufficere potest. Quæ harmonia etsi non semper ipsi ὑπόθεσi omnibus numeris & absolutè respondeat (quia in cœli motu, teste

Frisch. Aſt. L. i. C. 5. Frischlino, summa est harmonia summaque conformitas, quam inconstantiae arguere nefas summè habetur) tamen sufficit Astronomo, mediantibus ὑπόθεσi, tales perficere posse demonstrationes, ut nullus sensibilis error videatur. Si hic aliud ὑπόθεſi subjectū inhaſionis, quam mentem humanam, tribueremus, cœlum illud vide-

videretur esse & ὑπόθεσις ejus qualitas; sed cūm ὑπόθεσις de cœlo
ejusq; habitudine in mente concipiatur, ejus qualitas esse non po-
test, licet, ideam & imaginem ejus quodammodo repræsentet, atta- *Michr. lex.*
men extra tū dīcōrā vix ullibi reperitur. (2) *Subiectū occupans Philos.*
seu materia, circa quam hi mentis conceptus versantur, est par- *Blacu* in
tim universa mundi machina, partim etiam in specie corporum *Pref. Inst.*
superiorum motus. Illam verò imprimis καὶ τὸ δύνατον, hu- *Astron.*
manæ rationi, tanquam apparentiarum fundamentum, subster-
nunt delineandam, posteā verò hos unā cum Astronomiâ directri-
ce singulatim & divisiim evolvendos subiciunt.

Theſ. 9. Huic nostræ de ὑπόθεσις ſubiecto tractati-
unculae, brevibus etiam lineolis ejusdem divisionem ſubnectere
placet. Est enim ὑπόθεſis ratione (a) Principij, alia (i) Phy-
ſica: quam Physicus vel de universi mundi ſystematis, vel ſin-
gularum partium verâ constitutione & habitudine concipere & *Enc. Gezel.*
ſuis uſibus applicare cogitur, eandemque Astronomus mutua- *Maiſes.*
ram poſtea ad ſuum perſciendum propositum uſurpat ac dirigit: *part. Proæ.*
ut cœlum cæteraque ſuperiora corpora quam figuram eſſe sphæri-
ca: terram & aquam unum efficere globum: & qui ſunt alij hiſ-
ce conſimiles conceptus. (2) *Geometrica*, quam ita in Encyclo-
pædiâ Gezelianâ deſcribitur: Geometricæ ὑπόθεſes ſunt ex Geo-
metriâ petita, ſolâ quidem imaginatione cœlo adſcripe, ſed na-
tura rei convenientes, & proinde ab omnibus conſeffe, qibus
Φανῶδηa melius explicantur ac declarantur. Tales ſunt cir-
culi cum ſuis parribus, diametris, axibus & polis &c. Qui quidem
in cœlo καὶ Φύσιν nalli ſunt, cum omnes partes ſibi undequag, ſint
ſimillima, θέοd tamen & imaginatione tam ad ſitum quam ad motus
ſiderum deſignandos & diſtingvendos, circulos cœlo adſcribere cer-
tos ceu entia rationis ratioe inatae, vix prohibentur. (3) *Aritmeti-
ca*: quam nihil aliud eſt quam artificiosa ſupputatio certis numeris
absoluta. Tales ὑπόθεſes in Astronomiâ perplurimas admitti
& non minimum praestare uſum, ne quidem ejus ſtudij Tironem
latet; Quapropter etiam hæ ſicut & Geometricæ, non immer-
tò apud Authores aliae pennæque Astronomiæ dicuntur. Idſquo-
que ex ſuprà dictis obſervari debet, ὑπόθεſes ſcil. Astronomicas
ab illis non materialiter differre, ſed quod ad aliū uſum in Astro-
nomiâ, quam in cæteris disciplinis, deducantur, & ſic diversa


consideratio diversum conceptum patiat. (3) *Quantitas*: sic alia est (1) *Universalis*, quæ totius universi $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$ sicut & *Micros* ab Authoribus duplex adhibetur; una terram medium totius *Lex. Phil.* occupantem quiescere & cætera corpora circumrotari, altera so-*Hyp. Ptol.* le quiescente terram inter orbes Planetarum in suo proprio orbe *Hyp. Cop.* circumferri asserens. (2) *Particularis*: tales sunt omnes, quæ circa rem quandam peculiarem concipiuntur: ut in theorij planetarum concentrici & excentrici orbes, nec non circuli deferentes & similia. (γ) *Qualitas*: $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$ juxta qualitatem considerantes eam esse deprehendimus vel (1) *Veram*, quæ vel invictis & immotis argumentis rem non aliter, quam demonstrata fuerit, sese habere demonstrat, vel sensibilibus demonstrationibus ita comprobatur ut de ejus veritate nemo sanus ultrò dubitet: veritas, quam alias omnis $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$, sive vera, sive falsa, ratione essentiæ suæ obtinet, hic non innuitur, sed fit saltem mentio de eâ, quæ per objecti denominationem habetur. Hæc terram & aquam junctim constituere globum, corpora superiores sphærica esse figuræ, solem terram magnitudine superare &c. evincere possumus. (2) *Falsam*: quæ non sic abolutè & definitivè rei adumbratæ veritatem declarat, ut non postea in dubium vocari possit, sed eam veluti in sententiarum divorce *Job. Herb.* relinqens saltem demonstrationibus ac calculo motuum cœlesti-*Exam. The.* um inserviat, propterea que Philosophis concessa. Attamen in-*Philos. de-* cumbit Astronomo, in quantum possibile est, veritatem natu-*Terra Mo-* ræ indagare & non quamvis adserere $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$, etiam talem, quæ in *vel Qvi-* scripturæ S. authoritatem evertit & rectæ rationis dictaminis ma-*es.* nifestè contrariatur: quod enim verior cōgratior $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$.

MEMBRUM TERTIUM.

*Ith. D*e diversis $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$ universalium speciebus.

z. Efecta in superioribus eâ, quam fieri potuit, brevitate, $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$ verâ essentiâ, restat adhuc tenui quoq; umbraculo earundem varias species ambire, ut, quæ inter doctos de universi mundani systematis verâ habitudine & harmoniâ, omnibus temporibus, opinionum fuerit diversitas & multiplex pugna, ostendatur, nec non exinde nobis de cädem unū alterius mo-*vendi lapidem* detur occasio. Duç potissimum sunt $\nu\pi\theta\epsilon\tau\omega\sigma$ u-*uni-*

niverſales, unā authore Ptolomao, alterā Nicolao Copernico, qvę
univerſum mundum adumbrant : ut, & qvę alię veniant, illæ ex ijs
duabus compoſitę deprehendantur. Primū ergo agam de Co-
pernicā, qvę talis :



Hac autem centrum universi sol occupat, in quo, tanquam
Rex in solo, regnum circumstans universam mundi machi-
nam, regit ac gubernat & respectu sui centri fixus & immobi-
lis habetur. Orbe soli proximus vehitur Mercurius & cur-
sum suum octoginta diebus perficit. Orbem à centro Solis secun-
dum inhabitat Venus, unamqve circuitiōnē intra novem
Menses absolvit. In orbe tertio fertur Terra cum suā asseclā
Lunā, ejusqve cursus sub Eclipticā perpetuus. intra annum natu-
rale perficitur. Quarto insidet Mars, suoqve cursui annos feret
duos


duos vendicat. Quintus Jovis est, cuius motus perficitur annis
duodecim. Sextum sphærae stellarum fixarum proximum
possidet Saturnus, qui intra annos triginta suum cursum absol-
vit. Septimus orbis seu sphæra domicilium stellarum fixarum
est, quæ etiam (ut Copernico placet) ab occidente orientem ver-
sus, motu tamen tardissimo moventur, ut intra annos 25816. su-
um circulum perficere non queant, & ad hanc sphæram orbium
Planarum dispositiones & motus conferendi ac examinandi
sunt. Juxta hanc ὑπόθεσιν terræ triplex adscribitur motus: pri-
mus, quod circa suum centrum spatio viginti quartorum horarum
ab occidente orientem versus circumvoluta diem ac noctem de-
scribit. Quid ita schemate declarari potest: A, centrum solis
in medio quiescens, B centrum Terræ, n. o. p. q. ejus extremitas,
latus q. solidametaliter obversum illuminatur efficitque
meridiem, sed idem latus q. in locum lateris n. transvectum ve-
speram, vicissim ab n. ad o. prolatum medium noctem, ad p. ve-
rò cum perventum fuerit, mane constituit, ac sic unâ circum-
gyratione νυχθύμερον, diem ac noctem absolvit. Alter motus
fit super axe zodiaci perpetuò sub ipsâ eclipticâ ab occidente i-
tidem in orientem: ut Terra B sub signo Canceris trium men-
sium spatio quadrantem sui orbis conficiens C sub signo Libræ
attingit, posteaque æqualem temporis intervallo à C in D simi-
liter à D per E. ad B, promota orbem claudit & annum natu-
ralem describit. Tertius motus intellectu difficilior est, cum
prioribus duobus motibus sit contrarius super eodem tamen axe
contingens & annuus. Ex schemate ita apparet: In Terrâ B in-
ter n. & o. latus cruce + notatum nec in circumvolutione diurnâ
nec annuâ sede disturbatur, sed Terrâ B ad C proiectâ eò adhuc,
quod in B illud latus spectat. Sic quoque in D & E deinceps. Ter-
ræ enim zodiacus cum zodiaco mundi semper in eodem versa-
tur plano, ergo necesse est, Terrâ in C D & E existente, latus +
perpetuò eandem plagam respicere & veluti, centro Terræ an-
num cursum obeuntem, postponi & quiescere ac sic annum
cursum prioribus contrarium describere. Ethine distincta an-
ni tempora, Hyems, Ver, Æstas & Autumnus proveniunt. Ter-
ra B sub signo Canceris constituta solstitium hyemale efficit: in C
verò sub signo Libræ æquinoctium vernum: in D sub signo Ca-

pri-

pricorni solstitium æstivale: & in E sub Ariete æqvinocustum brumale. Circa Terram (ut cum Copernico Blacu & Lipstorpius) parva existit sphæra ex tribus pariter circulis composita, ut in schemate h g f i, qvâ Luna tanquam in Epicyclo ab f per g h ad i secundùm seriem Signorum diebus $29\frac{1}{2}$ circumducitur & illuminationes à Sole mutuantur. Cæterorum Planetarum motus sunt simplices & uniformes ab Occidente in Orientem: qvia motuum diversitas, qvæ illis in ~~Uranis~~ Ptolomaicæ tribuitur, in hac Terræ & Lunæ motibus tollitur ac aufertur. Hæc ~~Uranis~~ etiæ in se Ptolomaicæ clarior esse videatur, qvia facilitori negotio & minori circulorum turbâ *Φαινόμενα* superiorum corporū per illam ostendi ac declarari possunt ac propterea perplurimos Astipulatores habeat, attamen, cum non raro falsissimum sit quod verius esse putatur, hominibus Christianis divinis scripturæ Sacrae testimonij firmatis haud satis digna habenda videtur: De talibus enim Dei operibus una divina manifestatio pluris est, qvam omnis humanarum mentium sagacitas, ut postea probabitur.

Alia ûnōθεος Nolano placens, ut fert Gilbertus.

Thes. 2. Terra E
 moveret circa suū
 centrū super polos
 Æqvinocialis &
 facit motum diurnum. C & D poli
 mundi. In circulo
 A B super centrum
 E eunte annuo mo-
 tu currit Sol. Alius
 motus Terræ centro
 addicitur rectus, ab
 e ad a & vicissim
 ab a ad e. Terræ
 centrum itaque in
 E Æqvinocialem
 circulum describit
 ad e verò idem cen-




D trum

trum perveniens Tropicum Capricorni; ad a borealem plagam Tropicum Cancri, & in locis intermediis circulos parallelos intermedios. At hæc *ὑπόθεσις*, cum in eâ motus rectilineus supponatur, quem in cœlestibus dari & totus ferè Astronomorum chorus negat & ratio difficulter sibi persuadere potest, non immitò, sicut citò inventa, sic quoque momentaneā ætate consenuit.

Alia ejusdem.


Tbesj.3. Sit A centrum Terræ annuo spatio sub circulo Äqvinoctiali A Bab occasu in ortū mobile. Præterea superficies Terræ ab circa polos c d parallelos ab occasu itidem in ortum flexibilis motum diurnū perficiens. Circa centrum universi E in circello g h Äqvinoctiali obliquo moveatur Sol, super polos G F ad constituendum anni distincta tempora.

Cum enim Sol ad g pervenerit, omnino describit unum Tropicum e g I, in h verò alterum f h K & in medio A E B Äqvinoctialem. In hæc suppositione observandum est Solem in g existentem Terræ vicinorem esse quām in punto h, & quantò major sit circulus Solis tantò minor angulus g E A statuendus est; ut in circulo l o cuius polus P, aliàs enim distantia Tropicorum non esset semper eadem. Si & hic circulus solaris in sectione Äqui




Æquinoctialis angulos rectos per diametrum in h[abitu] efficeret, omnia tamen similiter constarent; Sed fortè Author, vel singularis observationis ergo, velut Solem majore domicilio honestaret, obliquitatem huic circello addixerit.

Ἐγγύπτια.




*Thes. s. Plato, referente Schotto, sententiae Ptolomeo ac veteribus receptae eō saltē obnixus est, qvōd Terræ Lunam, Lunæ Solem, Soli Venerem, Veneri Mercurium, Mercurio Martem, Marti Jovem ac Jovi Saturnum adjunxerit. Hunc Planesarum ordinem approbarunt Aristoteles, Eudoxus, Calippus, Theon ac Gebrus. Fuerunt etiam, ut Perphyrius, Apuleus, Marsilius Ficinus & nonnulli Platonici, qui Mercurium Venere superiorem fecerunt. Sed cum Plato (cæteris hujus *Θεοσησ* seftatoribus exceptis) Terræ etiam motum adscriperit, haud immerito hæc repudiata est *Θεοσησ*.*

Superior omnium qvōd Sol, eiqve proxima Luna sit docuerunt Martianus & Anaximander, Saturni, Jovis & Martis orbēs postea delineantes; qvorum tamen ille Venerem, hic Mercurium Terræ propriem esse effinxit, ut Xystus Betuleus pag. 16 & pag. 160 ad lib. 2. Cicer. de Naturâ Deorum perhibet.




Theor. 6. In Thychonica vnoθεοι hæc est disposi-
tio. Terra in medio Mundi immobilis statuatur & ex e-
jus centro describantur Luna, Solis & stellarum fixarum, or-
bes: ex centro Solis ducantur reliqui, ita ut orbis Veneris
& Mercurii extra Terram extendantur, Luna verò ac Ter-
ra orbibus Solis, Martis, Jovis & Saturni includantur: Un-
dè Luna qvidem in quocunque sui orbis gradu existat, locum
semper Terræ proximum occupat, Jupiter, Saturnus & stellæ fi-
xæ remotissimum; Intermedium verò ♀. ♂. ☽. ♂. diversum
respectu Terra inter se ordinem habentes. Nam omnes simul à
Terræ remotissimi, scilicet in suis apogeis, talem invicem inter se
ordinem habent: ☽ ☽. ♀. ♂. ☽. ♂. ☽. R. quem ordinem perpe-
tuum

tuum Aristoteles & Plato putarunt. In perigeis: punctis Terræ proximis, hoc ordine à Terrâ distant Planetæ: ☽ ♀. ♈. ☽. ☽.
☿. At dum pars in Apogeo, pars in Perigeo fuerit, alias eorum enascitur ordo.



Thes. 7. In eo saltēm hæc 'Υπόθεσις à superiori defle-
ctit, qvōd in hæc Saturnus & Jupiter spheras Mundo concentri-
cas habeant: qvod exinde ab hujus Sectatoribus adseritur, ut a-
lias quoque stellas horum Planetarum comitatui interesse, Sa-
turni duos saturninos, Jovis quatvor circumjoviales (ut adpel-
lantur) qvi Planetas, instar satellitum Reges suos cohone-
stantium, à lateribus inseqvuntur, suis observationibus ratum
firment.


'Υπό-



Theſ. 8. Secundūm ὑπόθεσιν Ptolomaicam totus mundus in regionem Elementarem & æteream dividitur. Regionem elementarem constituant quatuor Elementa, Ignis, Aér, Aqva, Terra: quorum posteriora Aqva & Terra unum facientia globum, centrum universi, perpetuæ quietis noxiūm, obtinent & in collatione ad superiorum corporum orbēs sese veluti exiguum punc̄tū habent. Altera duo Elementa levitatis plena, inter concavam Lunā & convexam Terrā superficiem suum domicilium possidentia, rerum terrestrium respirationibus & exhalationibus vias aperiunt. In ætereā regione propter diversos Planetarum motus & situs distincti concipiuntur orbēs, quorum Terrā proximum inhabitat Luna, illumq̄e percurrit diebus

bus 27. hor. 7. Miti. 43. Secund. 7: Orbem secundum perambulat Mercurius: Tertium Venus: Quartum Sol: & hi tres Planetae Mercurius: Venus & Sol anno spatio suos orbes perficiunt. Deinde in ordine sequitur Mars anno uno, dieb. 31. hor. $22\frac{1}{2}$ orbem claudens. In sexto orbe Jupiter cursu undecim annorum, dier. 31. hor. 17. spaciatur. Septimi orbis possessio Saturnus est, uniuerso sua circumgyrationi annos viginti novem, dies 155. & horas 2. postulat. Hic motus Planetarum proprius seu potius retardatio non sit super polis mundi sed Eclipticæ, quæ Äquatorem in punctis äqvinoctialibus intersectat; siquidem stellæ fixæ, quæ orbem octavum occupant, illum non habeant sensibilem, sed constante ferè cursu ab Oriente in Occasum super axe, cuius extremitates in utrisque mundi polis ærctico & antarcticō sunt, tendant. Nec hic tacendum puto stellis quoque fixis, circa hanc $\nu\pi\theta\epsilon\sigma\nu$, motum proprium adscribi sed tardissimum, ut ab origine rerum nunc saltem octies sit peractus & sit hic motus non circa polos mundi, nec Eclipticæ, sed polos habet in Arietis & Librae principijs orbis noni, volviturque & revolvitur ab septentrione in austrum ac vice versa ab austro in septentrionem. In orbe nono aliud stellarum fixarum sit motus, sed ferè insensibilis, ab occatu in ortum circa polos Eclipticæ, estq; omniū tardissimus ut non nisi 36000 Anno perficiatur; quod annorum spatium, si quando per succendentia fata impleretur, unum annum platonicum cœnstitueret. Orbis decimus Primum Mobile dictus communis ab Oriente in Occidentem & semper äqvabilis motu, super immutabilibus polis, circumit & proprio motu planè destituitur.

Siquidem sphæræ octavæ & nonæ motus proprij intellectu sint difficiliores quam vili intuitu comprehendendi possint, $\varepsilon\zeta\eta\eta\sigma\nu$ brevem per appositum Schema suppeditare placet. Esto A B Äqvinoctialis: C D poli orbis decimi: E F zodiacus: G E F H Tropici: N O poli zodiaci: M punctum intersectionis zodiaci & Äquatoris in orbe nono, item polus unus (alter enim à parte opposita) circa quem orbis octavus vol-



vitur. Cum per observationes astronomicas claram sit stellas fixas ab Oriu in Occasum in qualiter moveri & puncta in Horizonte mutare, Solisqve declinationem sub Eclipticā variari, nec non Tropicos aliquando ad Äquatorem accedere, aliquando recedere: quod neutiquam fieri possit, nisi hic motus ab Septentrione ad Austrum & ab Auctro in Septentrionē concederetur. Itaq; principium Arietis orbis octavi, quod 9. gradibus ab principio noni orbis distat, cum fuerit in I versus boream Sol & facies superna nobis proprius accedit & Tropicos G E F H borealiores facit; ad K verò prolatum eosdem paulatim remotiores constituit, sicqve L attingens remotissimos, & vicissim ab L in R veniens reducit usqve dum prius punctum I terigerit & totum circulum annis 700 absolvit. Idem fit in parte oppositâ & movetur sic totus axis octavi orbis, circulum quasi cylindricum faciens, nec tamen majorem quam cujus semidiameter sit 9 grad. Motus stellarum fixarum, qui fit in nono orbe, ita se habet: N O sit axis zodiaci, super quem orbis Planetarum & tota Sphæra octava motu proprio ab Occidente Orientem versus circumrotetur; sequitur polos ejus sphæra CD in eo comitatu circulos C P & D Q circa polos zodiaci describere, ut cum polus C tenderit ad P, æqualiter etiam D ad Q iter suum instituit, & est hic motus Stellarum fixarum tardissimus, ut supra indicavimus, & centenis quibusvis annis, juxta Ptolomæum, unum in Eclipticâ gradum conficiat, vel non nihil citius ut vult Copernicus & Nobilissimus Tycho.

Thes. 9. Quæ huc usqve à nobis de diversis ὕποθέσεων speciebus dicebantur, eò præcipue collimanda putavimus, ut quæ inter Astronomiæ Cultores, de verâ mundi habitudine, diversa fuerit opinio. *Πιλασπονόμοις* ante oculos poneretur, & præterea nobis de subsequentibus duabus quæstionibus, hanc materiam unicè concernentibus negotiumque haud minimum cuivis astronomicarum rerum Sectatori facientibus, pro ingenii modicio, inquirendi copia daretur. Quarum Quæstionum hæc prima est:

Quænam ûmbræ orum universalium, Ptolomaicæ, que Terram quiescere, vel Copernicea, (quia ex his duabus cæteræ sunt composite) que eandem moveri dicit, verior sit habenda?



Vamquam hæc Quæstio potius ad Physicam, cuius est tñs Phùn τ̄ σωμάτων, hoc est, naturam corporum interpretari, qvam ad Astronomiam pertineat, in eâ tamen enodandâ plus sa-

tis qviqve Astronomorum doctissimi fuerunt occupati: siquidem in motuum sydereorum contemplatione eorundem qvoque veritate moti. Terræ motum, eti diversimodè, propugnarunt non

Dan. Lipſ. Cop. Re. c. 2. Just. I. 20.
6. 4. Arist. lib. 2. de Cat. c. 13. Plutarc. de plac. Phil. L. 3. c. 13.

solum fata Nicol. Copernici superviventes, verum multis retrò seculis viri doctrinâ ac gravitatē haud postremi. Qvorum pri-
mum fuisse Pythagoram Samium illum senem ex Justino, Aristotele & Plutarcho probat Daniel Lipstorpius: Justino enim teste,

domum ejus ut Templum, ipsum verò ut Deum à cæcâ posterita-
te propterea cultum: Aristotele ita: Εὐαλίως δι τοῖς τὸν Ἰαλίων,
παλέωντι τὸν Πυθαγόρει, λέγεσιν: Πᾶν ἀπὸ τὸν Σέσσα πῦρ(ῆλιον)
εἰναι Φατι, τὸν τὸν εὖ τὸν αἴραν δύον, κύκλῳ Φερο. Θρῶν τοῖς τῷ
μέτρῳ, κύκλα ποιεῖ οὐμεζεγν ποτε: Plutarcho verò: Οἱ δὲ ἀλ-
λοὶ μένδη τὸν γῆν. Φιλολαί. τὸν Πυθαγόρει Κύκλῳ τοῖς Φέρεσσει
τοῖς τὸ πῦρ(ῆλιον) κτ̄ κύκλῳ λεξί, ὁμοιοτεοπῶς ἡλίῳ καὶ σολιῳ.
Enatam à Pythagorâ sententiam foverunt postea Aristarchus, Philolaus, Timæus Locrus, Herachides Porticus, Aristarchus Samius, Euphartus Pythagoreus, Nicætas Syracusanus, Seleucus, Hicetas, Cleantes Samius, Leucippus, Plato Senex, Martianus Capella, Gvillelmus Gilbertus, Petrus Peregrinus, Maricurtius Gallus, Nicolaus de Cusa, &c. Hos tandem fecutus est Nicol. Copernicus, qui multo labore & singulari industriâ ex diversis suorum Antecessorum sententiis sibi unam effinxit eam: que adeò artificiosam ac perpolitam, ut, Thyconis testimonio, parum aut nihil abesse, qvæ à qvibusvis harum rerum Exqvistoribus, spontaneo applausu susciperetur fovereturqve. Cui itidem senten-
tia innumera post nodum doctorum turba adstipulata est; cujus hic Catalogum enumerare & longum & tedium esset. In

con-

contrarium verò abierunt, Terram qviescere afferentes, cum primis homines Dei sancti Patriarchæ tūm ante tūm post diluvium viventes. Dubio enim procul cum Moses creationis historiam delineaverit & Terram Abysso, Solem verò expansioni adscriperit, vestigia & sententiam Patrum suorum per Noachum *Joseph. l. 1.*
spe columnæ (cujus Authorem Enochum fuisse assertit Josephus) *Antiq. Iud.*
posteriori relictam est secutus. Et præterea Prophetas aliosque *Ecclesiastes. v. 5.*
in Veteri Testamento Sanctos idem de Mundi systemate tulisse *Esa. LXIV.*
judicium apertissima testantur scripturae loca. Qui qvidem, in *v. 15.*
quantum & has res tractarunt, nec Spiritu sancto orbati fuerunt, *Joël. 2:30.*
ut qvosdam audaces sensisse videtur, sed immobile semper Pauli *2. Tim. c. 3.*
testimonium est: Πᾶντας γέροντας καὶ γέροντας. Nec potest Spiritus *v. 16.*
Sanctus nisi vera loqui, ut Theologi probant & recta ratio
dictitat. Sed de his plura inferius. Inter Gentiles qvà ingenii
dotes sagacissimi, qvà naturæ veritatis indagationem excellen-
tissimi, qvàque nominis famæque integritatem celeberrimi di-
versis mundi seculis, inqve variis ejusdem locis existenterunt viri, *Enc. Gezel.*
qvibus indefessa cura in hāc ὑπόθεσι & defendendā & promul- *pag. 324.*
gandā fuit. Hocum qvamvis non primum hujus ὑπόθεσεως Inventorem Ptolomæum, tamen ejusdem Defensorem fuisse accu-
ratissimum extra omnem controversiæ aleam est: siqvidem famosissimo titulo etiam hodierno die & ad seculorum finem usqve
salutatur, tanquam à potiori, Ptolomaica. Post hujus tempora
vixerunt perplurimi, ut Mathematici optimi, sic quoqve hujus
ὑπόθεσεως Propugnatores fortissimi. Sed ut litigium diu non
solum, verùm semper, inter utramque Sectam motum & nullā
adhuc (ut impossibile est) satis sufficiente & apodicticā solutione
dilutum, clarius adpareat, utriusqve Sectæ (cum in hoc qualicun-
que tractatu ὑπόθεσεων Astronomicarum essentiam, causas &
species duntaxat declarare, non verò de situs corporum cælestium
certitudine inquirere, meum sit propositum) potiora argu-
menta brevi penicillo delineabo, & ut tenellas ingenij mei vires
exerceam, bonâ occasione calculum Summorum Virorum judi-
cijs aliquantulum subjiciam meum. Argumenta, qvæ in suæ
sententiæ defensionem adducunt Copernicei, præcipua sunt se- *Copernic.*
quentia, Statuendo scilicet suâ ὑπόθεσι non aliam esse clario- *Gilbertus.*

*J. Lipst.
Blach.* rem & aptiorem adeo qve nec veriorem: cum sine difficultate & conceptum multitudine, qvā alias Ptolomaica (illis dicentibus) scatet, singula *Φαινόδρυ* cā optimē tradi ac explicari possint. Præterea insufficientem Ptolomaicam demonstrationibus esse: qvippēcum non omnium, qvæ suā explicantur, capax esse deprehendatur. Demūm qvōd nec sacris nec profanis rationibus erroris ac incertitudinis recte arguatur multò minus damnetur; ut ipse Copernicus & ante illum Gilbertus, post verò Lipstorius, aliiqve acerrimè pugnarunt. Primam harum adsertionem qvōd concernit, eam qvodammodò concedere videntur Ptolomaici, sed ita tamen ut ne eorum *ὑπόθεσις* suā spolietur laude, nec ut Copernicea propter facilem in Astronomiā demonstrandi modum, infallibilem Physicam habeat veritatem: qyoniam multa in Astronomieis majorem certitudinis speciem præbent & tanquam vera supponuntur, qvæ, Physicè loquendo, sunt manifestè falsa, ut ex seqvente Qvæstione patebit. Hanc rem Vir Plur. Rev. Rev. atqve Praeclariss. Mag. Petrus Laubechius in Disputatione atq; Præc. de Circuli Quadraturā & vero Mundi Systemate Cap. 3. Occasio-
M. Petrus ne datā respondendi ad objectionem Copernicorum, qvā mul-
Laur. Disp. tos primū Ptolomaicos fuisse, & postmodū in sententiam de Circuli Copernicorum descendisse, nullos verò Copernicorum suam Qvæ. S' ve- mutasse sententiam, dicitur, in hunc modum declarat: Σό-
Syst. c. 3. ρο Mundi *Φίτημα* ēse τὰ uη ἀπτίς. Non enim *ὑπόθεσις* istius veri-
tas, sed simplicitas, sed facilitas, cum qvā perceptionem, tūm qvā
rationem reddendam *Φαινόμενων*, & illis calculum recte accom-
modandum, effecit, ut in eā semel receptā Copernicei persisterent.
Qvōd codem nomine (non autem, ut veritas Physica) cum *ὑπόθεσις*
cadem à Copernico effēt proposta, à Paulo III. Pontifice, cui Libri
revolutionum inscripti erant, approbationem meruit; eti post
tanquam Sacris Litteris veraq; Physicæ contraria, in Collegio quinq;
Cardinalium damnata est. Sed nee confessim, qvicq; simplicius
est faciliusq; perceptu, verius idem erit; cum & natura veri-
tatem s̄p̄ius in sinuosos recessus abdiderit, perceptioni adeò non
pronos, ut perscrutantem crebrò deludant ac fatigent, tantumq;
non obruant; & altoq; multa simplicem proferant speciem, qvæ
splendida tamen nugamenta sunt. Secunda eorum adsertio Pto-
loma-

Iomaicam $\Upsilon\pi\theta\zeta\sigma\nu$ demonstrationibus astronomicis non esse sufficientem contendens, quamvis suæ videatur inniti certitudini, & aliquatenus à Ptolomaicis concedatur, tamen argumentum secundum non causam, ut causam, esse planè videtur:

(a) Cum non solum Ptolomaieos, verum Coperniceos adeoq; omnes Philosophos in id, ut non perfecta ac omnibus numeris absoluta rerum naturalium cognitio, propter mentis humanæ imbecillitatem, in hac mortalitate dari possit, consensisse constet; unde Regius Ecclesiastes naturæ experientissimus: *Mun-Ecl.3.v.11.* dum Deus eorum (hominum) disputationi tradidit, ut non inventiat homo opus, quod operatus est Deus à principio usq; ad finem: i.e. cognitione omnimodâ & absolutâ; quæ qvidem non humanae, sed Divinae mentis proprietas est. Ita etiam Alstedius de *Alf.Uran.* Astronomia: *Cum enim individuorum natum sit satis obstrusa, part.1.c.2.* *S*imprimis illorum, quæ à sensu remotiona sunt, fieri non potest, ut in hac miseriæ valle omnibus numeris absolutam Astronomia cognitionem adipiscamur. Idem etiam de totâ Philosophiâ dici potest: sed qvivis tamen, quod rerum à Deo creatarum Scrutator est perfectior, eò propior menti divinæ beatiorque habendus.

(B) Qyanquam Ptolomaica sine Epicyclorum imo (teste Frisch- *Frisch. I. 1.* lino) Epicyclorum excoitatione demonstrationibus absolu- *Cap. 5.* tè non quadret, nec æqvæ citò, atque Copernicea, singula absoluta, attamen negari non potest eâdem utrâque demonstrari posse, nec unquam propter difficultem demonstrandi modum tollitur *Plur. Rev.* ipsa veritas. Tertium Coperniceorum asylum, quod nec naturæ *atq; Pracl.* nec scripturæ rationibus suam avelli posse $\Upsilon\pi\theta\zeta\sigma\nu$ contendunt, M. Petrus firmissimis clarissimisque argumentis cum ex naturæ, tum seri- *Laurb.* in pluræ sinu depromptis, de fastigio longè disturbat *Plur. Rev. us* *Diss. de circ.* atque Praclariss. Mag. Petrus Laubachius in superius citata Dis- culti quodna- putatione, ubi ordine ad singulas, quæ à Coperniceis in hac con- turâ & v. troversia adhiberi possunt, objections responder aliamque Pto- *Mund. syst.* lomaicæ, qvæ rei veritatem, haud esse æqvandam multò minus *Joh. Herb.* præferendam, sine omni dubitatione concludit. Nec mini- *Exā. Theo-* mun de Coperniceis triumphum *Joh. Herbinus Bisnā-Silesius, Pbi.de Ter.* in suo de Terræ motu vel quiete Examine Theologico-Philoso- *Motu vel* phico, egisse videtur; cum eo limam perduxerit, ut Copernicea *Quietē.*

ūποίδεον veritatem (quæ ei falso à multis ad credita fuit) sibi in vita exueret & à recto pietatis tramite longius remota appre henderetur: unde circa Examinis finem, ut limpidissimis ratio nibus factus sit vitor, in hæcce prorumpit verba: *Cape Tibi hoc, Hist. creat. inflatio rationum tuarum (scil. Copernicæ) Admirator.* Erubescere, Genes. 1. contra Sanctum Spiritum sapere. Confuso Tibi merces, corum Eccl. 1. v. 5. Deo & suo Orbe erit. Nos vero cum clara sint scripturæ loca, Math. 5:45 quæ Thesis de Terræ quiete Solisque motu stabilunt, tantumq; Syr. 46:5. sit unicum Spiritus Sancti totius naturæ authoris testimonium, Jos. 10:12. ut omnem humanæ mentis certitudinem nille transcedat, tam Job. 9:5. 6. 7 diu suam ὑπόθεσιν de Terræ quiete veritatem constare, quam S. Ps. 24:2. Et. Scripturæ authoritas non eversa fuerit, lubentes cum Nobilissimi Frischl. Ep. mo Des-Cartes concludimus in hunc modum dicente: *Præter Ded. Astr. etenim autem memorie nostra pro summâ regulâ est infigidendum, Cartesius ea quæ nobis à Deo revelata sunt, ut omnium certissima esse credentia Prin. Phil. da: Et quoniam force lumen rationis, quam maximè clarum & evidens. I. N. dens, aliud quid nobis suggerere videretur, soli tamen authoritati 76. pag. 33. divine potius, quam proprio nostro iudicio fidem esse adhibendam;* Sed in ijs, de quibus fides divina nihil nos docet, minimè decere hominem Philosophum, aliquid pro vero assumere, quod verum esse nunquam perspexit; & magis fidere sensibus, hoc est, inconfidentis infantiae sua iudicij, quam nostræ rationi. Tantum de hac Questione, ad alteram digrediamur.

*Thef. 10. Qvæst. 2. An Philosophis Christianis falsis
uti Hypothesibus licet?*


Cart. Prin.



Irra hujus Qvæstionis introitum cum primis probè observandum est, quid per veram, falsam ve ὑπόθεσιν hic sit intelligendum. Et Membris Secundi quintâ, veram esse, quæ ipsam rem, ut in Phil. part. suâ est naturâ, declarat, breviter indicavimus, I. Thef. 2. falsam vero contra: nec non cum Renates Des-Cartes dubiam Gilb. Jacc. quæque falsam appellamus. Certum enim est nullam ipsis rebus Metap. 1. 2. falsitatem propriè competere, sed ut ex Metaphysicis patet, su Cap. XI. am perpetuam constare veritatem, & quicquid erroris falsitatis que

que est, id intellectui humano circa objecta cognitu difficultiora
versanti adscribendum, putamus. Tenendum etiam est discrimen
inter ὑπόθεσιν planè Physicam & planè Astronomicam. Illà re-
rum veritas sectanda est, hâc saltem in demonstrandis tempo-
rum vicissitudinibus usus. Illà non ante intellectus acqiescit,
quâm res per illam demonstratae, in quantum imbecillis mentis
humanæ conditio fert, per suas causas & affectiones cognoscantur;
hâc vero Astronomus non nisi ad finem Astronomiae obti-
nendum: quantitatem motuum cælicorum eruere & ad statas
rerum accommodare, utitur. Sollicitus itaque non adeò est A-
stronomus sive vera, sive falsa si ὑπόθεσις, modò ejus (nisi cer-
tam ob causam Astronomiae aliquoties terminos transgredi vo-
lupè eum ducat) usibus serviat. Cui sententia Lipsiensis, et si
indefessus Coperniceus ὑπόθεσις veritatis defensor fuerit, his Dan. Lipst.
verbis morem gerit: Non enim Astronomus, quâ talis, de veri- Cop. Rediv.
tate suarum hypothesum sollicitus est, sed satis illi est, si ex post Cap. 9.
sis hypothesibus motuum cælestium nationes tales, quæ cum phæ. Ptolomeus
nomenis consentiant, consequatur. Nec minus Ptolomeus su- Almagest.
am declarat mentem sequente ratione: Οὐ γὰρ τεσσάρες τοῦ Ση. Lib. 13. c. 2.
βαλλήτε τὸ ἀπόστολον Τῷ Θεῷ: ὃ δέ πᾶς τοῖς τηλικύτερον πίστις Idem Alm.
δοῦ τὸν αὐτομοιότερον τοῦ Ση. Lib. 3. c. 3.
προγ. τὸν αὐτὸν τὸν αὐτούτῳ σχόλιον τοῦ Ση. μηδέποτε. καὶ τὸ Κόπερν. 13.
μαρτιὸς ἀνακωλυθῆσθαι τοῦ Ση. περὶ μηδὲν οὐ φέτα. Hisce præ- Revol. c. 15.
missis, brevibus saltem, cum instituti ratio dilatiorem sermo-
nem vetet, rationes quibus affirmativa de concessis Christiano-A-
stronomis ὑπόθεσι falsis sententia innititur, delibabo. Fi-
nem semper antecedunt media, quorum alia necessaria sunt alia
Facilitantia; ὑπόθεσι, si quod non absolute necessaria esse media
probarentur, facilitantia nemo sanus negaret: cum (sicut super-
rius de ὑπόθεσι causis dedimus) tanta sit humanæ rationis in-
firmitas, ut superioris hemisphærij Phœnix dpa ei sine earum Friesbl. l. 1.
adminiculo haud possint innotescere, ne quidem discerni; &
quantò aptiores illæ excogitatae fuerint, tantò perfectior fa-
ciliorque calculus Astronomicus. Præterea nec absurdum nec à
pietate alienum videtur, talia præclara industria humana spe-
cimina concedere, cum finis, propter quem excogitantur, mul-
tum

tum in Scripturā Sacrā commendetur, & nullib[us] prohibeantur,
si modō servetur Regula: Non est auctoritati divinæ præjudi-
candum: Pulchrius est enim cum tanto Præceptore (si fas est di-
cere) errare, qvācum splendidissimis mundi Luminibus sapere;
Jer. 51:17. qvia sapere adversus Deum, cuius coram facie omnis mundi sa-
pientia est fatua, est despere. Hisce jam enumeratis stabilimentis
addi quoq[ue] potest inveterata Astronomiæ auctoritas communi
omnium (exceptis Rhætico & Ramo) Astronomorum suffragio
fancita ac confirmata: qvia omnes eas concederunt, concessis
sunt usi, & usurpatas promulgarunt, ut ex illorum, qvæ ex-
stant, scriptis satis manifestum habetur. Ab uberiore hujus
intricatae materiæ ventilatione revocat me ipse modus ac vela
discursus hic componere jubet, simulq[ue] monet me Tuam, A-
mice Lector, humanitatem, qvæ par est, devotione ambire, ut
qvæ politiori Minervæ non ex aste respondent, tenuiori intel-
lectui meo, non voluntati, tribuas ac beneficentia pallio, qvod
bonis qvibusvis pulcherrimum esse ornamenntum optimè no-
visti, regas.



Literis ac moribus Præstantissime Grimsteen/
Amice perdilecte,

 On displices qvodd animum studio etiam Ma-
thematico excolis. Poteris sic rectius intel-
ligere Philosophos novos, qui ni fallor, aut
meras fingunt Hypotheses, Mathematicorum instar; aut
alias demonstrationibus sua depingunt: adnitere sicut cœ-
pisti, & non pœnitibit Te facti: Vale.

PETRUS Bång
D, & Prof. Ord.

In

Virum Eruditione & Humanitate perexlimium,

DN. JONAM GRIMSTEEN/

*Philosophiae CANDIDATUM, pro Honoribus Magisterij de HYPOTHESIbus ASTRONOMICIS
solerte disputantem,
Oda.*


 OElos ætherios scandere niteris,
GRIMSTENI, numeris artificum gradus
 Orbesqve implicitos tortilibus rotis,
 Axesqve involucres fornice in arduo,

Qværens ingenii prendere viribus.

Hipparchus siqvidem qvicqvid ab indole,

Præcelsa potuit, mirificus Rhodo;

Qvicqvid vel Samius fert Eratosthenes,

Et vel Memphiticis post Ptolomæus ab

Oris è tenebris funditùs eruit:

Alphonsus qvod habet sumtibus omnibus;

Solerti studio deinde Copernicus

Qvicqvid qvæsierat simplice linea,

Qvod Cartesius hinc venditat omnibus

Sectæ rusticiùs fortè seqvacibus:

Brahæus variis qvanta laboribus

Produxitve Tycho, aut denique cæteri,

Leges Astronomis condere providedi,

Et cœli facilem reddere computum.

Multùm solliciti perpetè regulâ:

GRIMSTENI, properas omnia pròdere,

Scripto doctiloqvo, pronus honoribus

Doctoris Sophiæ; moribus integer,

Humanisqve decens omnia Gratiis,

Sculptorisque stylo promptus & entheus,
Ceu vox unanimis concinuit patrum,
Pridem pollicita prodiga laurea;
Constans atque gravis denique pergeres
In campo sophiae! Nunc pariter precor,
Te tollatque solo Numen honoribus,
Exornetque poli praepete gloriâ!

L. Mdg, gratulatur

PETRUS LAURBECHIUS,
Poët, Prof. Ordinarius.

In dissertationem Eximij Dn. CANDIDATI
JONÆ GRIMSTEEENS.

 Ivis mundane, seriem cognoscere, molis
Astrorumq; situs, quis vel in orbe locus:
Aut quâ lege meent spatioi sidera cœli:
GRIMSTENII legitio dogmata picta manu;
Illa etenim referunt Ptolomai magniq; Tychonis
Atq; Philolai scripta profunda senum.
Ast cur totuplices humana industria leges
Invenis? facile, si legis hacce, scies.

Gratulabundus licet valetudin.
Scripsit

JOHANNES FLACHSENIUS.


Πρὸς τὸν ἄνδρα νέον πάντα τὰ τρόπων ἡγη Σπελαιῶν καὶ πεπιθεμένον
Κύρειον ΙΩΝΑΝΘΟΥ ΣΩΤΗΡΙΟΥ τῷ θεοῖ σεων Μα-
τηραίκαν δεξιώς Αἰγαλέοντα, Φίλεν με α-
γαπητὸν, τεσσαράκοντα.


Αλαῖς πνεοφάγῳ γένετο: πάς ιδὲ πόλις ἀναζή-
μασι, πάς ἡ ψυχὴ μαζίμασι δεῖ κοσμεῖν, ὅτι
καὶ τῷ πνεύματι μαζημάτων ἀληθές διί, τῷ τοῦ
τῷ τοῖς τούτοις καὶ καλέσθε τῷ λεγομένῳ
οὐ καὶ δεῖ πιεῖν, τὸν δὲ Γεωμετρίαν καὶ ἀληθινήν τὸ μαζήσεως
πληρυμέναι σὺν Ελληνισμῷ διὰ Κικερῶν τὸ ζητήμασι τοιχο-
λάνοις. Οὐ καὶ Σύντομον ΣΩΤΗΡΙΟΝ πίνετο τὸν θη-
τῆμαν τῷ πλανητικῷ οὐσίᾳ, πάλιν τῇ Διαλέξῃ σοφῶς ἐπιδέκκειν.
Παραπλανῶν δὲ τοῦτον τὸν οὐσίαν, οὐδὲ οὐλιγαρχῶν τὸ τέχνων καὶ δέον-
τῆς ἔδει βαθυμῶν τὸ βίον διηγεῖσθαι, ἀλλὰ εὐφρίσους τὸ ἀκεσμάτων
πλανητικῶν εἶναι λεγημάτων λεγεῖντα, οὐδὲ τοῦτο η Σοφία ή μόνη
διάφανατον ἐγένετο τὸ σῶμα κηρυκά. Πορθεῖται καὶ εὑρυχήσετο σῶμα
πάντων καρπὸν λήψον. Εὕρωσ.

ERICUS FALANDER

Græc. & Hebr. Ling. P. P.

& h. a. Ph Decanus.




Ix est in facili sinuosos solvere nodos,

Atq; Sopistarum prendere posse plicas.

Id dietis, scriptis, GRIMSTENI, numine dextro

Præfas, ex studiis commoda multa ferens,

In rigidos calamum stringit Tua culta Minerva,

Osores Sophie; laus Tibi magna redit.

Te Deus incolumem multos conservet in annos,

Attribuat ceptis vela secunda tuis!

Auxilium optatum præstet per tempora seculi,

Ut vigeas semper latus in orbe! Vale!

Doctissimo & Pereximio CANDIDATO, Dn.

JONÆ Grimsten / Fauitori ac conterraneo

perdilecto gratulari voluit

ANDREAS O. Lindqvist / Sud. Svec.

In Virum Juvenem, Præstantissimum atq; Humanissimum

DN. JONAM Grimsteen/

Philosophiæ CANDIDATUM doctissimum, Fautorem
ac amicum integerrimum, de Hypoth. Astronomicis
disertè disputantem..




Audabilem ac sublimem hujus Disputationis materiam, Uranoscopiam concernentem, qvam i Tibi, Dn. CANDIDATE, pertractandam sumisti, summis, stylo si gauderem Ciceronianō, proseqverer laudibus. Videtur qvidem primo intuitu, scrupulosum hoc & spinarum plenum thema, qvod cum Te deterrere non permiseris, eo ipso altas ingenii dotes declarasti, & spero eventum generoso proposito ac intentioni tuae felicitè respondere. Id ipsum verò non solum audere, verùm etiam bonorum Censorum ventilationi subjicere haud veritus fuisti. Qvod abs Te factum sicuti in se clarum, ita omnibus Tui Studiosis summè gratum fore, nullus dubito. Id saltē admiror, qvod prægravi paupertatis onere, cum qvo, à teneris ungaviculis es luctatus, nec tedium nec devias cogitationes subieris, sed intolerabilem molestiam, virtute & improbo labore superasti. Itaque gratulor Tibi, Fautor honorande, optatam metam & oblatum studiorum brabeum. Gratulor, inqvam, Amice integerrime, conspicua eruditioñis insignia & consummatæ in Philosophiâ eruditioñis fastigium, qvod jam communī Præceptorum nostrorum Honoratiss. consequutus es suffragio. Præterea ut concors tua unanimitas, & unanimis concordia, qvam cum omnibus melioris notæ hominibus conjunctissimè, & mecum singularius, solitus es exercere, post hac ijsdem insistat vestigiis, & amor, qvo me diu amplecti conservisti, non extingvatur qvā par est modestiâ precor.

Qvod

Qvod superest ut Deo Trinuno honori, Patriæ commodo,
Parentibus ac amicis solatio, Tibi ipsi summae prosperi-
tati, diu felix ac incolumis vivas, vovere nunquam desino.

T. T.

LEONHARDUS BELLANDER.



Dvid Muse, honestioraq; studia suis adferant
sextatoribus ornamenti, nec eos quidem, qui
levem saltem operam iisdem dederunt, late-
re existimo: Quippe cum juxta veterum
Ethnicorum sententiam, alia in studiis promovendis Miner-
vâ superior habita non sit Dea, nec claror; illa enim puta-
batur tribuere dona non ferrugini vel vanitati obnoxia, sed
firma & eterna. Quo ipso nibil verius videtur esse, cum
integram famam & claro nomine in hisce terris nihil sit nobili-
us. Melius quippe est Nomen bonum quam divitiae multæ:
& Omnia si perdas famam servare memento. Quidam i-
gitur & Tu, Preceptor honoratissime, palatum Minervæ in-
gressus, varios, eosq; difficiles sustinere labores non abnui-
sti, sed jam eorum fortiter exantlatorum dignum reportes
præmium, non intimo corde letari & vota honori subnecte-
re haud fas esse autumo. Maecte itaq;, hac virtute qua stu-
dia Tua florent, honores offeruntur, vita morumq; integri-
tas cunctis approbatur, & Tua singularis erga me, omnesq;
Tuos discipulos, benignitas & promptitudo semper emicuit
quotidieq; lucet; Deum interea ego cum omnibus qui Tui de-
siderio flagrant & amore tanguntur, indefessè precabor, ut
Tibi tuisq; conatibus benedicat, Teq; post longam & felicem
vitam in eterna perducat palatia! Ita optat

Tuus

Ad obedientiam & honorem quim-
vis paratissimus Discipulus

DANIEL Sigell.

Tem



T Tua pervasti pénétrat mens corpora mudi,
Et brevibus radiis pingit amena poli:
Sic laudata manus præconia fertq; Bonorum,
Et laus ad meritum splendet ab arte Tuum.
Gratulor! ut valeas etiam felicitè opto!

Ad honor. & off. paratiss.

ERICUS HUMBBLA
Nericius.

Empore ceu frondent vernali cuncta vireta;
Et nova de gravo palmite gemma tumet;
Alma parens frugum viridi se cespite profert,
Floraque se foliis vestit odoriferis.
Ut volucrum proles vibrans sub sidere pennas
Äera permulcerat cantibus usq;ve suis:
Sic latum hoc nostrum jam pullulat, ecce, lyceum,
Permulus promens Pegaseosq; viros.
Sedulus ex illis, Præceptor amore colende,
GRIMSTEINI, studiis calcar adesse facit.
Sic possessori potuit prodesse Minerva,
Virtutem ingenti fœnore qvando beat.
Gratulor ex aenio tantos superasse labores
Temet, Phœbëi candida stella chori!
Sit, precor, hic honor, ut jubeo, Tibi prosperitatⁱ,
Et Patriæ secum commoda magna ferat!
Ausus fortunent superi, dent vela secunda,
Ut Pylii superes tempora longa senis!
Vive diu felix in seros Nestoris Annos,
Et latus tandem cœlica tefta cape!

*Debiti in Dn. CANDIDATUM, ac Præceptorem
honoriſſimum, honoriſ contestandi
ergo ſcripſit*

MICHAEL RENNERUS.